medior via non adfulserit, literas vras commendare pote-
ritis dno Bilderbeckio, Illustrissimorum Dominorum me-
orum Agenti, Coloniæ; Ille easdem libenter et fideliter
Londinum curabit pferendas, cū adjuta petitione, ut si fie-
ri possit, ex amicis alicui suis ita ipsas commendet, ut respō-
sum vobis quærat. Quòd si nunc ad has gratum aliquod
responsum Vobis reddat, sic ut certa spes foret collectæ ali-
cujus obtinendæ, tunc forte, si facilior ejus pmovendæ rao
vobis non appareret, non abs re fuerit, si duo ex fratribus
ad eam tanto magis pmovendam cum literis commendati-
tiis in Angliam ablegarentur: Ita tamen ut in ista aut p-
fectione S. D. vestrū accedant, et à M. sua itidem literas
commendatitias in eundem finem petant &c.

Atq hæc sunt Viri fratres, de qbus Vos interea dum respō-
sum Bernā expecto, in antecessum pro responsione ad vras
monendos esse putavi, ut eò tempestivius necessitatibus vris
consulere possitis: Nondum enim, ut videtur, licet aliqua libe-
rationis spes à Septentrione adfulgere incipiat, horrenda
hæc tantorū malorum tempestas præteriit: Igit meo
qdem judicio piè et prudenter feceritis, si in tempore coe-
peritis pulsare ut commiseraóis Christianæ porta vobis a-
periat, Donec Deus nri misertus, veram nobis pacem
reddat: Eundem animitus precor, ut hæreditatem à
malis servis devastatam respiciat et in pristinam
tranqllitatem propter nomen suum vindicet. Vosq, Viri
fratres, sub umbra alarum suarum ptegat, propter
Filium suum Dnm et Salvatorē nrum Amen:

Basileæ 13/23 9br. 1625.

Vobis ad oẽ xanæ
Charitatis officium paratissimus.

Honorandis et Religiosissimis
Viris, Verbi Divini in Ecclesia
Ministris fidelissimis, fratribus
in Dno charissimis

Francenthali

264.

S. M. D. Schlöere: gratæ mihi fuerunt literæ
tuæ omnes, nec ingratum officium, qd in novellis
hebdomadariis transmittendis præstas nobis dibus. Faci-
mus vicissim quantum re licet hic circa. Licet
huc usq non successerit conatus: tandem tamen be-

Benedicente Dn̄o, non destituet spes nr̄as. nec expecta-
tionem frustrabit. Tu interea tempus, qd Leidæ con-
tedit, studiis recolendis serio studioseq; impendes.
Sumtus a. ita moderaberis, ut ra͠o eorum non mod[o]
constare, sed et satisfacere nobis suo tempore
queat. Hoc te nunc Volui. B. V. Hunolar[...]
dixi Calend: Jan: 1625. quem tibi totq; huj[...]
salutarem precor.

T. Henricus Alting